



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta**

**Gallemart, Jean**

**Coloniæ Agrippinæ, 1621**

Descriptio Tridentinæ Civitatis

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39157**



# DESCRIPTIO TRIDENTINÆ CIVITATIS

Ridenti Ciuitas in finibus Venetiarum prouinciarum inter montes, in planicie posita est: muris vallata lapideis, quam ex Septentrione abluit Athesis flouius, ambiatos miliaris Ital. In ea vias latas & laudib[us] stratas, domus verò ta honorificas cernas, ut nouam, non veterem Ciuitatem p[re]se ferat. Temp[or]a satis pulchra conspicias, sed in omnibus ijs p[ro]rum structuræ. Arcem habet conspicuam, ut domum auream dicas potius, & quam possint & Imperator[um] & Reges per commode inhabitare, à Bernardo Clesio Tridentino Præside auctam, & illustratam non multos antehac annos. Influit placidè in urbem per muros ab Oriente aquæ riuis, super quo ædificia sericea, & molæ frumentariæ multæ sunt, unde item plurimi ciuii deducuntur per medianas vias, in viuum & publicam commoditatrem. Super Athesim, ad portam, quæ dicitur S. Lauren[tij], postem habet magnificum, sed ligneum: centum & quadraginta passuum longitudinis. Montes circum se habet niuibus continuo oblitos, scopolos, inaccessos, præcipites, & ita proculos, ut dicas, cœlum summa montium cacumina contingere. Fauces habet duas, quarum altera vergit ad Septentrionem, altera vero dicit Veronam, Planitiam admodum parvam, sed ridentem, & arboribus, & vitibus mirum in modum constitam, quam Athesis circuit, & lambit undequeaque. Promiscua habentibus lingua, scilicet Teutonica & Itala, sed Itali omnes etiam, cum placet, Teutonicè loquuntur. Tridentum Germanorum sentina, Italorum vero refugium est, cum quid in fortunis illis occurrit. Parum fumeni, sed plurimum vini persuase habent album & subrubeum. Per statem cœlum temperatum est; diebus autem Canicularibus Sol apprimè feruens. Habetno vero tempore propter nivium & glacierum ingentes horrores vix huiusmodi regio habitari potest: neque satis sunt hominibus hypocasta ad repellenda frigora, quæ e tempore



*Descriptio Trid. Ciuit.*

tam magna sunt, vt non sinant aquas descendere in terram, sed statim venientes conuentant in nives. Et quod datur miraculo, ut puto te ipsius Ciuitatis per id tempus aquis omnino careant. Boves & vaccas pro mulis, asellis, & equis onerarijs habent, cum eorum plaustris tam ad res conuochendas facilibus, ut ad montium cacumina sic properent, ac si essent in planicie, à viatuumque publicarum curatoribus ita iuga aptata sunt, ut usque ad culmen accessibile quorumcumque montium ab eisdem iri possit. Nunc demum Ciuitas ista & opulenta, & clara effecta est propter Concilium, quod in ea fuit per plurimos annos & nunc viget maxime. Nam hic conuenere quinque primū Cardinales Praesidentes, & Legati Concilij pro sanctissimo D.N. Pio IV. Pont. Opt. Max. Duo similiter Cardinales, Lotharingus & Madritius, Patriarchæ tres, Archiepiscopix xxxiiii. Episcop. cxxxv. Abbates vxi. Ordinum Generales vii. cum Theologis cxlii. & ultrafæcularibus & regularibus Ferdinandique Cæsaris, Regis Galliæ, Hispaniarum, Portugalie, Hungariæ, Boemiarum, Poloniæ, Venetiarum, Septem Cantorum, Helvetiorum, Bauariæ, Sabaudiarum, Florentiarum, & aliorum Principum Ecclesiasticorum Oratores.

BVLLA